

LEGATARIUS, LEGATUM.

SUMMARIUM.

- 1 **LEGATARIUS** quis sit: an sit hæres: quando cesset legatum: & eo indignus legatarius: illud quomodo sumatur: quot notentur legatum genera, ad num. 26.
- 27 **Ubi fieri poterunt, aut relinquuntur qua solemnitate: utrum rei alienæ substat: rei legatæ dominium quando acquiritur: & quo tempore ejus fructus debeantur, an possit propria auctoritate à legatario accipi,** ad num. 40.
- 41 **Legata quàm primum tradenda: quod intra tempus pœne stabilita in negligentibus signantur: voluntas in legatis servanda: pauperibus relicta quibus distribuenda,** ad num. 63.
- 64 **Quæ virginis, viduæ, juvenibus, orphanis, alicujus oppidi originariis: & ad nubendum, monachandum, viduitatem servandam, studiis dandum operam relinquuntur,** ad num. 77.
- 78 **Quæ observantia, dum fuerint relicta sub iis verbis scilicet quot nunquam nubat, & semper maneat in statu cœlibatus: quod tall non nubat: si nupserit, vel liberos procreaverit: si religionem ingrediatur, aut Clericus fiat,** ad n. 87.
- 88 **Quid si Regularis in particulari independenter à superioris licentia donetur: quid si monasterio bonorum incapaci: distinctio cum variis Sacra Congregationis decretis magna aduertitur,** ad numer. 122.
- 123 **Relictum ecclesiæ, si non nominetur, aut testator duas parochiales habuerit qua forma distribuendum, & cui competat electio,** ad num. 130.
- 131 **Duobus ejusdem nominis relictum subsistere an valeat: quid si pauperi determinate donetur, & antequam fuerit facta solutio, moriatur,** ad numer. 132.
- 133 **Repudiatio legati ecclesiæ facti sit necne illicita: an sustineatur in minus solemnitate: ex quibus legatis Falcidia, & Trebellianica detrahatur: legatorum priorum commutatio an fieri possit, & à quo,** ad num. 156.
- 157 **Communitatis iuste causa referuntur: pro missarum celebratione, Capitulo simpliciter sive pro anniversario, Canonici, Ecclesiæ, Episcopo, legatum & donatum, quomodo adimpleri debet,** ad n. 172.
- 173 **Additione: inseruntur,** ad num. 181.
- 1 **LEGATARIUS** est, & dicitur ille, cui ab hærede est præstandum legatum, seu res ei à defuncto legata, seu relicta, Sic in re Communis Doctorum. (Lex 3. § 37. tit. 9. part. 6.) Legatarius, & hæres, quis esse non potest. Rota part. 5. recent. tom. 2. decis. 421. numer. 30. part. 13. decis. 209. num. 2. Cardinal. de Luca de fideicommissis. decis. 211. numer. 2. & de legatis discurs. 58. num. 12. disc. 63. num. 6. disc. 64. num. 3. & alii passim. Immo cessat legatum eo ipso quod legatarius efficitur hæres universalis. Card. de Luca de fideicommissis. decis. 211. numer. 2. & de legatis disc. 64. per totum. Hoc tamen est intelligendum durante titulo hæreditario; secus isto cessato per restitutionem. Cardin. de Luca de fideicommissis. disc. 131. sub num. 12. & de legatis disc. 164. sub num. 3. Et hoc quoque est intelligendum, quando unicus est hæres purus, & irrevocabilis, qui à se ipso legatum obtinere debeat, cum tunc intret ratio incompatibilitatis ob concursum passionis in eodem subiecto; incompatibile est enim, quod idem sit hæres, & legatarius, ac debitor, & creditor: Secus autem quando habet coheredes unum, vel plures, à quibus potest assequi legatum citra dictam incompatibilitatem, ut aliis relatis firmatur apud Burt. decis. 643. numer. 2. & sequent. & decis. 421. numer. 31. part. 5. tom. 2. & decis. 229. numer. 26. & 27. part. 10. recent. Sic expresse Cardin. de Luca de

legatis disc. 64. num. 3. (Fere consonat lex c. ejusd. tit. 9. & part. 6. leg. 8. mente retine: Ad rem l. 18. tit. 5. part. 5. cum leg. 43. tit. 9. part. 6. ubi comprobatur incompatibilitas prædicta) Legatarius carnaliter cognoscens uxorem Testatoris post ejus mortem, indignus est legato, & sic applicatur Fiscus, quia si vivo defuncto hoc fecisset, ipsum ad iracundiam provocasset, nec ei tamquam indigno legatum reliquisset, adeoque &c. Glossa in leg. Sororem in fin. Cod. de his quibus ut indign. Pagnan. in cap. Ut nobis 28. de sent. excommunic. num. 18. & alii. (Lex 13. ibi: La. quartan. tit. 7. part. 6. Vide etiam leg. 9. tit. 26. part. 4.)

Legatum dupliciter summi potest, scilicet vel per 7 actum, aut dispositionem, qua res aliqua legatur, vel pro re ipsa, quæ legatur. Communis. Legatum primo modo sumptum est donatio quædam à defuncto relicta, & ab hærede præstanda, §. 1. Instit. de legatis. Legatum secundo modo sumptum est res aliqua particularis verbis ad legatarium directis à defuncto, & ab hærede præstanda. Est in re Communis. (Lex 1. & 10. tit. 9. ejusd. part. 6.)

Legatum aliud est profanum, quia est ad profanos usus relictum; & aliud pium quia est relictum ad pios usus, & animæ suffragium, ut ad legends missas, ad celebranda officia, ad subveniendos pauperes, & hujusmodi.

Legatum aliud est purum, aliud conditionatum, aliud 12 in diem, aliud sub modo, aliud sub causa, aliud sub demonstrationi. Communis. Legatum purum est illud, quod fit simpliciter absque ullo adjecto tempore, conditione, vel modo, §. Omnis 2. Instit. de verb. obligat. Legatum conditionatum est illud, quod fit, & relinquatur præstandum solum sub certa conditione de præterito, presenti, vel futuro; Unde sub conditione de præterito fit, quando testator dicit: lego Petro mille aureos, si navis auro, & argento pro me onusta jam ex India tunc advenit: Leg. Condicio in præteritum 110. de verb. obligat. Sub conditione de presenti fit, quando testator dicit: lego Petro mille, si adhuc vivit; leg. Cum ad præsens 37. ff. de rebus creditis, si certum petatur. Sub conditione de futuro fit, quando testator dicit: lego Petro mille si navis ad me directa auro, & argento onusta tuto pervenerit, & hujusmodi, arg. §. Sub conditione, Instit. de verb. obligat. & leg. Itaque, ff. de condit. & demonstr. Legatum in diem est illud, quod fit, & relinquatur præstandum certo post mortem testatoris determinato tempore, v. g. quando testator dicit: lego Petro mille aureos eidem tradendos mense post meam mortem elapso, arg. tot. tit. ff. Quando dies legat. cedat, & §. Omnis 2. Instit. de verb. obligat.

Legatum sub modo est illud, quod fit, & relinquatur 15 cum certo aliquo modo, onere, gravamine, vel moderamine, v. g. quando testator dicit, lego Petro mille aureos, ita tamen ut de ipsis erogat quinque singulis annis pauperibus, vel faciat celebrare centum missas, & hujusmodi, arg. tit. Cod. de Donat. quæ sub modo. Et legatum sub modo differt à legato conditionato, quia legatum conditionatum suspenditur usque ad purificationem conditionis, & inde evanescit, si ante conditionis adimpletionem legatarius moriatur, ut ex variis Juribus notat Glossa communiter recepta in cap. Verum 4. de conditionibus appositis. Et contra legatum sub modo, statim valet, & transmittitur cum onere ad hæredes, si per istos æque ac per legatarium modus impleri possit, ut recte advertit Glossa loc. cit. argum. leg. 1. 3. Cod. de donat. quæ sub modo, & communis Doctorum. Modus autem solet regulariter exprimi per dictionem ut: Condicio per dictionem Si: Et causa per dictionem Quia, ut notat Glossa in cit. cap. Verum: verb. Conditione in fine, ubi adducit sequentem versiculum:

Scito, quod Ut modus est, Si conditio, Quia causa.

Legatum sub causa, seu ex certa causa est illud, quod fit & relinquatur cum expressione causæ, ob quam præ-

presentem, vel præteritam, tale quid alicui legatur, v. gr. Quando testator dicit: lego Petro mille aureos, quia mihi fideliter inservivit, quia me à tali mortis periculo liberavit, & hujusmodi, argum. leg. demonstratio falsa 17. & leg. Cum tale 72. §. Falsum 6. ff. de condit. & demonstrat. Et si talis causa non subsistat, subsistit adhuc legatum factum sub tali causa, quamvis enim Petrus non inservierit fideliter testatori, vel non à tali mortis periculo ipsum liberaverit, legatum adhuc valet, §. Longe 31. Instit. de legat. ibi: Legato falsa causa adjecta non nocet, & concordat leg. Demonstratio 17. §. autem, & leg. Cum tale 72. §. Falsum 6. ff. de condit. & demonstrat. ibi: Falsa causa legato non obesse verius est, addita ratione; quia ratio legandi legatum non coheret. Nisi tamen hæres probet testatorem legatum non fuisse, & causam non subsistere scivisset, vel sit error circa substantiam personæ, quia tunc non subsisteret legatum, argum. leg. Cum tale 72. §. Falsum 6. ff. de condit. & demonstrat. leg. Si Pater 4. leg. Quoties 9. princ. ff. de Hæred. cum similibus.

Legatum sub demonstratione est illud, quod fit, & relinquatur cum expressione, seu demonstratione alicujus circumstantiæ, signi, vel accidentis circa rem legatam vel personam, cui legatur, v. gr. quando testator dicit: lego Petro mille aureos, qui sunt in tali mea capsula, in tali mea crumena, vel quos Paulus mihi debet, & hujusmodi, argum. leg. Demonstratio falsa 17. de condit. & demonstrat. Tale legatum sub demonstratione, dummodo extet res legata, & constet de illa, quam testator legavit, ac persona, cui legaverit, valet, quamvis testator in demonstratione aliquatenus erret; ut si testator dicat: lego Petro Notario Petro Causidico agrum A, fundum B, mihi donatum à Paulo, quamvis Petrus non sit Notarius, nec Causidicus; nec testator dono accepterit à Paulo illum agrum A, & fundum B, dummodo adsit talis Petrus, & talis fundus, & constet aliunde testatorem de tali Petro, & agro, seu fundo sensisse, valet legatum; non obstante tali testatoris errore, textu aperto in citat. leg. Demonstratio falsa 17. princ. ff. de condit. & demonstrat. & §. 1. ff. eodem, ubi expresse dicitur, quod demonstratio falsa, sive sit circa rem, sive circa personam, non obest legato; & concordat lex. Quibus diebus 40. ff. eodem & §. Proxima 30. Instit. de legat.

Si autem res quæ demonstratur, seu exprimitur à testatore, omnino non existat, v. gr. quando testator dicit: lego Petro mille aureos, qui in tali capsula, vel tali crumena sunt & ibi nulla pecunie reperiantur; legatum est nullum, textu expresse in leg. 1. §. Sed, & si Dotem 7. ff. de Dote præleg. ibi: Nam si quis ita legaverit centum, que in arca habeo, vel que ille apud me deposuit, si nulla sunt, nihil deberi constat, quia nulla corpora sunt. Item si testator dicat: lego Petro centum aureos, quos mihi debet Paulus, non valet legatum, si Paulus nihil debeat testatori, textu expresse in leg. Si sic 75. ff. de legatis, ibi: Si mihi quod Titius debet, fuerit legatum, neque Titius debeat, sciendum est nullum esse legatum. Si tamen in demonstrata capsula vel crumena non omnes designata mille auri, sed quingenti solum v. gr. reperiantur, valet legatum quoad istos; sicut si Paulus non debeat testatori centum aureos, sed solum quinquaginta, textu expresse in leg. Si servus 108. §. Qui quinquaginta 10. ff. de legat. ibi: Quia quinquæ in arca habebat, legatum valet, ita tamen, ut sola quinquæ ex testamentum debeantur. Si verò in falsa demonstratione sit error circa substantiam personæ, vel hæres sufficienter probet testatorem legatum non fuisse, si errorem cognovisset, tunc non valet legatum, arg. l. Cum tale 72. §. Falsum

6. ff. de condit. & demonstrat. 1. Si pater 4. & l. Si quoties 9. princ. ff. de hæred. institut. cum similibus.

(De omnibus præcedentibus ex num. 11. legatorum speciebus nostræ decisiones loquuntur: in leg. 3. 4. 5. 7. cum 31. & tit. ejusd. 9. & part. 6. ubi per legatum est sermo: de eo sub conditione relicto leg. 21. 22. disponunt: de legato in diem leg. jam citat. 31. de eo, quod sub modo, & causa relicto invenitur leg. 27. pertractat; ibique asseritur, legata sub conditione per verbi: Si demonstrare: sub causa cum quia, & sub modo per verbi: Ut; Recognosce leg. 20. in qua denotatur, falsam causam legatum non vitare, quæ quidem in hoc à subsequente non discrepat. De demonstratione vid. leg. 18. fere concord. Denique tit. 4. part. 4. non est despiciendus, præsertim in præmio leg. 1. & 2. ubi de conditionibus tractatur; sed in 2. de promissionibus; modum, conditionem, causam, & demonstrationem respicientibus, in ea vera æquidem & clara utriusque exemplum perleguntur. Non officit memoriæ omnia demandare quæ de conditionali stipulatione tit. 11. ex l. 12. p. 5. tit. 4. part. 6. & dum de ceteris contractibus agitur, de-cernuntur. Ad ea in fin. num. 26. proposita aliquid innuit leg. 9. tit. 9. part. 6.)

Quodlibet ex supra recensitis legatis potest fieri, 27 nedum in testamento, sed etiam extra testamentum. Communis ac certa argum. leg. 1. ff. de Jure Codicilli, & leg. Ex testamento 20. Cod. de Fideicommissis, cum similibus, cum hac tamen differentia, quod si sit legatum profanum, & fiat in testamento, requiruntur ad tale legatum regulariter loquentem eadem solemnitates quæ requiruntur ad testamentum, nisi in testamento apposita sit clausula codicillaris, textu expresse in leg. 1. ff. de Jure Codicilli, & leg. Et testament. 29. Cod. de Fideicommissis. Et sic communis Doctorum. Et si tale legatum profanum fiat extra testamentum, seu sine testamento, quinque requiruntur, & sufficientes testes, sive in scriptis sint, textu expresse in leg. final. §. final. Cod. de Codicilli, ibi: In omni autem ultima voluntate excepto testamento quinque testes debent adhiberi. Ad legatum autem pium, sive fiat in testamento, sive extra testamentum, sive scriptis, sive solis verbis, sufficienti duo testes quicumque rationis capaces, etiam famulæ, vel sola certa notitia ipsius hæredis, vel si in scriptis, sola manus propria testatoris; quia ad dispositionem pro causa pia penitus nulla requiritur Juris dispositio; sed tantum ut constet de voluntate testatoris; Communis, ac certa, arg. cap. Relatum 11. de Testamentis, cum similibus. (Consonat lex 24. tit. 9. cum lege 7. tit. 1. part. 6.)

Quodlibet ex supra dictis legatis de Jure civili valet, etiamsi sit factum de re aliena, nec ad testatorem, nec ad hæredem spectante; Communis textu expresse in §. Non solum 4. Instit. de Legat. ibi: "Non solum autem testatoris, vel hæredis res, sed etiam aliena legari potest, ita ut hæres cogatur redimere, vel nisi eam non potest redimere, æstimationem ejus dare." Intellige tamen si testator eam rem esse alienam sciebat, secus verò, si hoc ignorans, putavit esse suam, textu expresse in cit. §. Non solum ibi: "Quod autem diximus alienam rem posse legari, intelligendum est, nisi defunctus sciebat rem esse alienam; non si ignorabat," addita ibi ratione: Forsitan enim, si scivisset alienam rem esse, non legasset. Si verò persona, cui legata est res aliena, sit ita proxima, & conjuncta testatori, ut merito præsumatur eam rem adhuc ei legatum esse, quamvis scivisset esse alienam, valet legatum etiam de tali re aliena, non obstante, quod testator putaverit esse suam, textu expresse in leg. Cum rem alienam 10. Cod. de legatis, ibi: Quod si suam esse putavit, non aliter valet relictum, nisi proxima

Extra testamentum quinque testes ad legatum profanum: sufficereque duo ad pium, illuc asserit A. Ultraquod testamentorum materis res in loco lata fiat extensio (1); videaturque dispositum tempore anteriori, in filiorum favorem facta (2). Testamenta duobus testibus esse contenta, ut de eorum subsistentia nulla offe-

(1) Vid. verb. Testamentum. (2) L. 6. tit. 1. part. 6. Acabado testamento es Ferrar. Bibliothecæ. Tom. V. Hh

aquei que es fecho en algunas de las maneras que diximos en las leyes antes desta, é si de otra guisa lo Hh

mae personae, vel uxori, vel alii tali personae datum... Unde si testator in supradictis modis rem alienam cui-

33 Nedom de Jure civili, sed etiam de Jure canonico probabilius valet legatum rei alienae; colligitur clare ex cap. Si Episcopus 5. caus. 12. quest. 5. de sumpto ex Concilio Agathensi, ubi legatum rei alienae, etiam ad jus seu proprietatem ecclesiae spectantis, valere aperte statuitur, si aestimatio ejus domino solvatur, vel alia res ejusdem valoris ei detur, ibi: "Si Episcopus condito testamento aliquid de ecclesiastici Juris proprietate legaverit, non valebit, nisi tantumdem de proprii juris facultate suppleverit." & sic tenent Covarr. in cap. Filius 5. de Testamentis num. 6. Fachin. lib. 5. controu. cap. 38. Pirhing. lib. 3. Decret. tit. 26. num. 84. Reiffenstuel ib. num. 673. ubi dicit esse communem contra Panormitanum, & alios. Et ratio est, quia differentia inter Jus civile, & canonicum non est inducenda sine necessitate, sicut sine necessitate à Jure canonico non est corrigendum Jus civile, argum. cap. Cum expedit 29. de elect. in 6. ibi: Cum expedit concordare Jura Juribus, & eorum correctiones, si sustineri valeant, citari. Jus autem civile generaliter disponens, quod testator possit legare rem alienam, ita ut sciens rem quam legat, esse alienam, vel illi, ut haeres rem illam à domino emat, vel si is vendere nolit, aestimationem illius legatario solvat, injustum censeri non potest, ut corrigi debeat à Jure canonico, quia domino rei nulla injuria sit, cum is invitus rem suam vendere non cogatur, ut patet ex cit. §. Non solum 4. inst. de legat. §. leg. Non dubium 14. ff. de legat. per verba adducta supra num. 32. in fine. Sic Covarr. loc. cit. Pirhing. loc. cit. & alii passim. Tum quia si tale Jus civile tamquam injustum fuisset correctum à Jure canonico in cap. Filius 5. de Testamentis, ut praetendunt adversarii, ipsum non amplius attenderet, nec sequeretur Sacra Rota Romana, quae tamen saepe saepius ipsum secuta est in suis sententiis, & signanter part. 1. recent. dec. 453. num. 5. & seq. in Romana de Marecotis, & part. 9. tom. 2. decis. 405. numer. 52. in eadem Romana de Marecotis, ubi semper sententiam protulit, quod legatum rei alienae cogit haerem ad praestandum legatario aestimationem rei legatae, quam sententiam utique non protulisset, si Jus civile, cui innixa est, foret injustum, & esset correctum à Jure canonico, quod praet Jure civili servandum est in terris Papae subjectis, etiam pro testamentis profanis; c. Quoniam 8. dist. 10. c. Cum ad rem 6. dist. 96. & concordat c. Soltze 6. de majoritat. & obedient. cap. Novit. 13. §. tit. de Judicis, & cap. Per Venerabilem 13. §. Rationibus. Qui filii sint le-

gitiimi; & fuit dictum verb. Jus numer. 37. Per leg. 10. tit. 9. part. 6. tri testatoris, aut haeredis non solum legatum subsistere declaratur, verum etiam aliena: sed hoc equidem in casu, dummodo tale esse cognoverit, nam ad ejus empionem haeres tenetur; ceterum si ignorabat, nec emere tam debet, nec aestimationem praestare, verum enimvero si probario scientiae non defecerit, & res haberi potest, & tradenda, sin aliter honorum virorum arbitrio justa aestimatio solvenda: nisi rei alienae legatum uxori, seu consanguineo fuerit factum, nam tunc ex praesumpta testatoris voluntate sustinetur, & haeres ad eam emendum, seu justam aestimationem praestandum manet adstrictus; sicut evenit casu quo aliquem servum in libertatem pervenire testator voluerit.

34 Quantum verò ad legatum rei alienae ad pias causas, certum est atroque Jure valere; Menochius leg. 4. de praesumpt. 116. Barbosa in Collecta. in cit. cap. Filius 5. de Testamentis num. 2. Pirhing. loc. cit. num. 86. in fine, Tiraquell. de privilegiis pie cause privileg. 66. & alii passim. Legatum sit pure factum de re aliqua singulari, & determinata, ut de hoc palatio, de hoc praedio, & hujusmodi, ejus dominium verum acquiritur à legatario statim post aditam ab haerede hereditatem, lex. Si tibi bono 86. §. 2. ff. de legat. l. lex. Si Nemo 181. ff. de regul. Jur. & communis Doctorum. Eius tamen dominium factum acquiritur à legatario statim à die mortis testatoris, lex. Si post diem 5. ff. Quando dies legat. ced. & Doctores passim. Ratio autem differentiae de acquisitione domini veri, & domini ficti est, quia cum solus haeres praestare debeat legatum, non potest ipsum praestare, nisi post aditam hereditatem, adeoque dominium verum ipsi nequit ante acquiri à legatario, cum pro tunc nemo sit, à quo legatum petatur; secus autem est de dominio ficto, quia quando post aditam ab haerede hereditatem, Legatarius acceptat legatum; fisione juris retrorahitur dominium ad diem mortis, & ex quod dies legat. statim à die testatoris cedat, cit. lex post diem 5. ff. Quando dies legat. ced. ibi: Itaque si pure legatum est, ex die mortis dies ejus cedit, id est, debetur, lex Cedere 213. ff. de verb. significat. ibi: Cedere diem significat incipere debere pecuniam, venire diem significat, cum diem venisse, quo peti potest pecunia. (Leg. 34. §. fin. tit. 9. part. 6.)

37 Hinc fructus rei legatae debentur legatario à die mortis testatoris, arg. leg. Titia ff. de Partit. & ibi Glossa fin. §. leg. Cum servus 86. §. 2. de leg. 1. Et ratio est, quia fructus sequuntur dominium rei, cujus sunt fructus per vulgaria Juris; Legatarius autem ex dictis statim ac haeres adit hereditatem, acquirat dominium verum legat. & tale dominium post acceptionem fisione juris retrorahitur ad diem mortis testatoris, adeoque à tali die debentur ipsi legatario fructus rei legatae; Sic Gomez Variar. resolut. tom. 1. cap. 12. num. 5. & 22. Medina disput. 194. num. 1. Vasquez cap. 8. de Testamentis §. 1. num. 5. & §. 4. num. 74. Bartol. & alii, quos sequitur Molina loc. cit. & Lugo de Juris. & jure tom. 2. disp. 24. num. 238. & alii contra Sanchez, Gothofred. & plurimos alios.

In-

feratur ambiguitas: (ab aliisque hoc assertum ad pias causas protenditur) & legatum in eo relictum aliam solemnitate non requirit; nunc exponendum erit, esse sequenti in tempore determinatum, Codicillos, in quibus perrecesse videntur legata relinquenda, easdem solemnitates, ad testamenti adminus nuncupativi factionem, indispensables inesse debere; adeo ut si defuerint, nulla sit fides adhibenda, & legatum tale insubsistentiam habeat (3).

ficiere, non seria valedero; pero si el padre ficiese testamento, en que estableciese por herederos á los hijos, é á los nietos que descendiesen del; ó partiese lo suyo entre ellos, maguer en tal testamento no fuesen escritos mas de dos testigos, valdria bien asi, como si fuese fecho acabadamente ante siete testigos: E en el testamento que fuese fecho en alguna de estas dos maneras, puede el padre mandar algo á ome extraño, é si quiere puede franquear sus siervos, pero ha me-

nester que tal testamento sea fecho ante dos testigos, á lo menos rogados, ó llamados para esto.

(3) L. 2. tit. 4. lib. 5. ibi: Y en los codicillos intervenga la misma solemnidad que se requiere en el testamento nuncupativo, ó abierto, conforme á la dicha ley del Ordenamiento: los quales dichos testamentos, y codicillos, si no tuvieren la dicha solemnidad de testigos, mandamos que no fagan fe, ni prueben en juicio, ni fuera de el. Vid. Latus verb. Testamentum.

38 Incrementum totum, quod res legata habuit à die testamenti conditi, pertinet ad legatarium, sicuti etiam fructus ipsi, quando per modum incrementi unum quid factum cum re legata, ut si legato grege, auctus is sit fructibus natis, qui gregem etiam componunt; textu in leg. 20. ff. de legat. 1. ibi: Grege legato, & quae postea accedunt ad legatum pertinent; & §. 10. Instituitur de legat. ibi: Grege autem legato, etiam eas oves, quae post testamentum factum gregi adiciuntur. Legato cedere Julianus ait: Idem pariter dicendum est de fructibus fundi, seu agri legati pendentibus, aut haerentibus ante mortem testatoris; Communis arg. citatis. Juribus. (Lex 37. tit. 9. part. 6.)

39 Legatarius, quamvis ex dictis acquirat dominium factum rei legatae singularis, & determinatae statim à die mortis testatoris, & dominium verum statim post aditam ab haerede hereditatem, non potest tamen propria auctoritate illud sibi usurpare, & accipere, nisi accedat talis dispositio testatoris, & accipere, nisi accedat talis dispositio testatoris, ut licentia haeredis, aliter amittit totum id, quod propria auctoritate accipit, seu usurpat; textu claro in leg. Non est dubium 5. Cod. de legat. ibi: Non est dubium, denegari actionem legatorem ei proportionem competenti in his, quas usurpavit cum de hereditate apparuerit. Et sic communis Doctorum. Talis autem amissio legati cum sit poenitentia, incurritur ante sententiam; non etiam quando sine culpa ulla legatarius non accipit, & accipere, si ex occulte illam non accepisset, fiet male factis, non teneatur tamen in conscientia ad eam restituendam; ut recte ex aliis advertit Card. de Lugo loc. cit. num. 140. (Ad idem tendit lex fin. tit. 9. part. 1. Vid. lit. E pag. 222. in add. nov. cum leg. 10. tit. 15. part. 5.)

41 Legata debent in foro conscientiae haereditas, & executores exequi quam primum poterunt; Communis arg. cap. Si haereditas 6. de Testamentis, & leg. Cum res 47. ff. de leg. 1. ubi expresse praecipitur, ut legata sine mora praestentur; Unde Layman, Silvester, & alii docent, mortaliter peccare executores, si ex negligentia diu differant exequi ultimam voluntatem testatorum. Quamvis enim haereditas, & executoribus concedatur semestris ad implenda legata pia; & Novell. 131. cap. 11. vers. Si autem Legatum, & annus ad implenda legata profana, cap. Non quidem 3. de Testamentis, & leg. Nulli Cod. de Episcop. & Cleric. tamen conveniunt omnes, teste Card. de Lugo loc. cit. num. 296. illum terminum non ita assignari, ut auferatur obligatio conscientiae implendi legata quam primum poterunt, sed solum in ordine ad incurrendas poenas, si illo elapso haereditas, & executores exequi negligunt defuncti voluntatem, ut recte advertit Reiffenstuel leg. 3. decret. tit. 26. num. 786.

43 Hinc si cessante legitimo impedimento haereditas, seu executores semel moniti à Judice, sive ecclesiastico, sive laico, voluntatem defuncti intra annum non adimpleant, perdunt omne id, quod eidem aliis ex testamento competit, sive haereditas, sive legatum sit, excepta legitima in haerede necessario; textu expresso in authentica. Hos amplius Cod. de fideicommissis. & Novell. 1. cap. 1. §. 1. juncto cap. Nos quidem 3. & cap. Si haereditas 7. de Testamentis. ubi additur ratio, nempe ut hac ratio-

ne Toti voluntas defuncti adimpleatur; Et ratio alia datur in leg. Si patron. 55. §. Sed nec illud ff. ad S. C. Trebel. ibi: Cur enim non videatur indignus, ut qui destruit suprema defuncti preces, consequatur quid ex voluntate? Si autem haereditas, aut executores hi moniti ab Episcopo legata ad pias causas, legitimo cessante impedimento, exequi neglexerint, etiam ante annum privantur commodis ex Testamento eidem allatis competentibus, textu expresso in Novell. 131. cap. 11. vers. Si autem qui hoc justit. Et si haereditas, seu executores intra sex menses, cessante legitimo impedimento, legata pia etiam sine admonitione exequi negligant, debent postea in poenam illa restituere eum omnibus fructibus, & emolumentis, quae à tempore mortis testatoris interea percipi potuissent, textu expresso in cit. Novell. 131. cap. 51. vers. Si autem legatum: Et sic Communis Doctorum. Legata pro anima relicta tenentur haereditas sub mortali solvere, non solum per decem annos, sed per totum tempus à testatore praescriptum; Nobis enim prorsus occultum est, & solum Divino Judici reservatum tempus, quo animae in Purgatorio detinentur, unde non possumus absque gravi temeritate illud praefigere. Hinc Alexander VII. die 18. Martii 1666. merito damnavit inter alias sequentem propositionem 43. In ordine, ibi: Annum Legatum pro anima relictum non durat plusquam decem annos.

47 Legatum pium pauperibus in genere distribuendum debetur, praeterea ceteris, pauperibus patris testatoris, in qua habebat domicilium; leg. Quo conditio §. Cum ita ff. de condit. & demonstrat. lex. Si quis ad declarandum, §. Ubi autem Cod. de Episcop. & Cleric. Glossa in cap. Si parer 1. de Testamentis in 6. verb. Pauperes: Menochius leg. 4. praesumpt. 125. num. 9. Tiraquell. de privilegiis pie causa, privileg. 56. Reiffenstuel leg. 3. decret. tit. 26. num. 812. Ancharan. consil. 214. numer. 12. Monacell. tom. 1. tit. 10. form. 19. num. 13. & alii passim; Et ratio est, quia nisi aliunde contrarium constet, merito praesumendum est testatorem voluisse, quod succurratur magis hi, quam exteris, arg. leg. Praeses, Cod. de servit. & aqua.

48 Inter pauperes patris testatoris magis, & prius succurrendum est plus indigentibus, quam minus egentibus: S. Thomas 2. 2. quest. 32. art. 3. ad primum, Menochius loc. cit. num. 10. & alii passim. Talis enim merito est praesumenda rationabilis testatoris voluntas. Si autem adsint pauperes consanguinei, seu conjuncti testatoris aequaliter, ac alii indigentes, isti juxta ordinem charitatis praeferti debent, cap. Non satis 14. dist. 86. Rota decis. 86. num. 4. & decis. 171. coram Durano, & decis. 14. num. 21. coram Arbuel. S. Thomas 2. 2. quest. 32. art. 9. Castropal. oper. moral. trad. 6. de charitat. disp. 1. panct. 10. num. 1. & sequent. Mantica de conjetur. ult. volunt. leg. 7. tit. 13. num. 16. & 17. & alii communiter. Et ratio est, quia merito praesumitur, quod testator voluerit legata sua distribui secundum charitatem ordinatam: charitas autem ordinata consanguineos, & propinquos praeterea respicit, arg. leg. Praeses Cod. de servit. & aqua, & 1. ad Timoth. 5. Cum hoc tamen ordine, quod inter ipsos

Quod haereditas vel executores teneantur adimplere intra sex menses pia legata, secus verò, in poenam illa restituere cum fructibus, videtur aliquatenus sustinendum. Quam primum voluntas testatoris debet exequi & adimpleri, legitimo cessante impedimento; cum absque justa causa difficile credatur, homines testamentum voluntates dilatores: merito unius anni spatium fuit executoribus constitutum (1), intra quod, non solum ad legatum puriorum, verum etiam profanorum executionem, malitia, negligentiae in hujus defectu supposita, decernitur, compelli posse: & si moniti, juxta absente causa, adimplere noluerint, bene equidem poena à A. proposita locum habeat, nisi testator aliter disposuerit, praecipue, si aliquid propter hoc, istis relinquatur (2).

(1) L. 6. tit. 10. part. 6. ibi: E si por aventura el non señalar dia, nia tiempo, fasta que le cumpliesen, debense ellos trabajar luego despues de la muerte del testador de lo cumplir lo mas ayna que pudieren, sin alongamiento, é sin escatima ninguna. E si embargo tan grande oviesen, porque non la pudiesen luego cumplir debense trabajar que lo cumplan en todas guisas, á lo mas tarde fas-

ta un año despues de la muerte del testador. (2) Vid. id. & leg. 8. ejusd. Por malicia, ó por descuidamiento non queriendo los testamentarios cumplir las mandas que oviese alguno dexado en su mano, si por tal razon, como esta, seyendo amonestados fueren tollidos deste officio por juicio, pierden aquella parte que deben aver en el testamento.

aos propinquos, seu conjunctos potius succurratur magis quam minus propinquo, seu conjuncto, & prius magis, quam minus egeno; ut optime suo more advertit S. Thomas 2. 2. q. 32. art. 9. (Consonat lex. 20. tit. 3. p. 6. Vid. verb. Heres & Eleemosyna).

51 Ceteris autem paribus preferendi sunt illi pauperes, qui sunt meliores, & presertim illi, qui bono communi sunt utiliores; quinimo S. Thomas 2. 2. q. 32. art. 9. in corpore, vult istos preferendos esse etiam ipsi propinquis, & conjunctis testatoris. Unde Menochius l. c. n. 12. Reiffenstuel l. c. n. 815. & alii inferunt, pauperes Religiosos preferendos esse aliis pauperibus, dummodo tamen nullos penitus redditis habeant, & vivant ex mera, & incerta fidelium eleemosyna, ut Fratres Cappuccini, & Minores de corpore Observantiae. Insuper ceteris paribus similibus legatis sint succurrende pauperes faminae prae pauperibus masculis, & praecipue pauperes Moniales, quia paupertas est periculosior feminis, quam masculis; Menochius l. c. n. 7. & seq. Baldus in leg. Multis in fin. ff. de Statu hominum, & alii passim.

52 Legatum relictum distribuendum pauperibus in plurali, non potest totum dari uni soli; sed debet proportionaliter distribui in plures; Talis enim merito praesumitur voluntas testatoris in plurali loquentis: Baldus in leg. 1. num. 19. Cod. de Saer. Eccl. Jason in leg. Gallus §. Quod si 15. n. 12. ff. de liber. & posthum. Felinus in cap. Omnes leges 1. dist. 1. Barbosa de offi. & potest. Episc. part. 3. allegat. 89. n. 19. cum plurimis ibi citatis. Nec de tali legato potest plus dari uni soli, quam necessarium habeat S. Thomas 2. 2. q. 32. art. 10. Menochius l. c. n. 26. & communis aliorum.

53 Legatum relictum pro pauperibus concurrentibus ad portam testatoris non potest distribui pauperibus infirmis in hospitali. Hoc enim esset contra expressam mentem testatoris; Genuens. in pract. eccl. q. 214. per totum. Barbosa l. c. n. 20. & alii passim. Legatum distribuendum in usum pauperum, applicari non potest Presbytero pro missis celebrandis: Sic tenet Fagnanus in cap. Reolentes 3. de statu Monachor. num. 49. ubi refert ita decisum fuisse in Cappella Tolosana, ut in dec. 26. per cap. Nos quidem, de Testament. per Clement. Quia contingit, de religiosis domib. per §. Si quis adificationem in Authent. de Ecclesiast. c. tit. collocat. 9. per leg. Si quis ad declinandam §. penul. Cod. de Episcop. & Clericis.

54 Legatum distribuendum in causas pias in genere, nulla specificata in particulari, potest applicari ab executeore religioso suo monasterio, & a Clerico suae ecclesiae; Sanchez lib. 2. Moral. c. 11. n. 59. Silvester verb. Testamentum 2. q. 2. vers. Quintum: F. Emmanuel qq. Regul. tom. 3. q. 70. art. 4. Layman lib. 3. tract. 6. cap. 11. num. 6. Ancharan. consil. 84. num. 9. & 10. Barbosa loc. cit. num. 25. Pithing. lib. 3. decretal. tit. 26. n. 109. Reiffenstuel ibid. num. 800. Franciscus Carp. de executor. testament. lib. 1. cap. 5. num. 41. Mantica de conjecturis lib. 8. tit. 5. in addit. & alii. In tali enim casu jam adimpletur voluntas defuncti, cum tam ecclesiae, quam monasterium revera veniant nomine causae pie. Si autem legatum sit relictum distribuendum in pauperes, non potest a Religioso executeore applicari suo monasterio, nisi sit tale, quod nullos penitus redditis habeat, & vivat ex mera, & incerta fidelium eleemosyna, ex dictis sup. n. 50. aliter non adimpletur voluntas, & dispositio testatoris, quae tamen est in omnibus integre adimplenda, & pro lege habenda; leg. Verbis 120. ff. de verb. significat. & Novell. 22. c. 2. ibi: Dispositio uniusquisque super suis, ut dignum est, & sit lex ejus voluntas, & cap. Ultima voluntas 4. caus. 13. q. 3. ibi: Ultima voluntas defuncti modis omnibus servari debet. (Leg. 37. & fin. tit. 9. p. 6. cum tit. praeced.)

56 Legatum relictum distribuendum in pauperes generice, potest a quocumque executeore applicari primo, & principaliter in suos conjunctos, dummodo sine fraude sint vere pauperes; tunc enim vere adimpletur voluntas, & dispositio testatoris, & aliunde pauperes consanguinei semper sunt preferendi in legato generaliter paupe-

ribus relicto; Barbosa loci cit. num. 21. Menoch. de praesumptionib. lib. 3. quest. 54. num. 3. Surd. de aliment. tit. 1. quest. 93. num. 5. Gironda de privilegiorum, & exemptionum explicat. num. 1503. Verzion. tom. 1. commun. opinio. lib. 6. tit. 21. numer. 32. & alii citati sub num. 56. Immo legatum relictum distribuendum generice in pauperes, vel causas pias, potest ab executeore applicari partim sibi ipsi, si revera sit pauper, & ejus paupertatem testator ignoraverit: tunc enim etiam adimpletur vere, & realiter voluntas, & dispositio testatoris, cum executeor, ut supponitur, sit vere pauper sine ulla fictione, & fraude, & aliunde ipse executeor non debeat esse deterioris conditionis, quam alii pauperes. Tum quia cum ipse executeor debeat legatum distribuere pauperibus, potest incipere à se ipso vere paupere, cum charitas ordinata incipiat à se ipso; Argum. leg. Praxos Cod. de terroit. & aqua, & cap. Non astimemus 19. caus. 13. quest. 2. ibi: Nemo unquam carnem suam odio habuit; Et sic tenet S. Thomas 2. 2. quest. 32. art. 9. ad 3. Menochius lib. 4. praesumpt. 125. num. 17. Gonzalez ad regul. 8. Cancellor. glos. 2. n. 55. Surd. de aliment. tit. 1. quest. 94. num. 4. Cardinal. Pereira de potestat. eligendi cap. 13. numer. 9. Layman loc. cit. Pithing. loc. cit. num. 109. Reiffenstuel loc. cit. num. 801. Barbosa dict. allegat. 83. numer. 22. cum plurimis aliis ibi citatis; argum. leg. 1. §. ult. in fine ff. de collation. honor. & Authent. de Sanctissimis Episcop. §. praesbyteris autem collocat. 9. Nec facit, quod adducunt quidam adversarii, nempe quod non possit executeor sibi partem talis legati applicari, quia interdantem & accipientem debet esse distincto; arg. cap. per nostras 26. de Jurispatronat. ubi propterea non conceditur, quod patronus possit praesentare se ipsum. Non facit, inquam, quia in hoc casu videtur adhuc adesse sufficiens distinctio inter dantem, & accipientem, cum non executeor, sed testator revera dicatur dare eleemosynam, & ipse executeor sit tantum minister, sicuti si in vivis quis per seryum elargitur eleemosynam, non servus, sed dominus revera dicatur dare eleemosynam; & in tantum in cit. cap. Per nostros prohibetur, quod patronus praesentet se ipsum, quia hoc saperet vitium ambitionis, ut patet ex textu, quod tamen non procedit in casu nostro, maxime cum talis executeor supponatur vere pauper, omni fraude, seu fictione cessante.

Limitata tamen supradicta conclusio in casu, quo testator cognita paupertate illius executeoris, illi aliquid speciale legaverit, quia tunc non potest aliquam aliam partem ex distribuendis accipere, cum dando illi aliquid seorsim, videatur Testator illum exclusisse à distributione ab ipso facienda, ut ex communi docet Cardinal. de Lugo tom. 2. de Justitia, & Jure disp. 24. n. 282. Et idem est dicendum in casu, quo testator alicui pauperi legaverit v. gr. 100. & alia 1000. mandaverit distribui pauperibus: tunc enim ille primus pauper exclusus videtur ab hac distributione: Sic communis Doctorum cum Sanchez lib. 4. cons. cap. 1. dub. 57.

Legatum relictum dandum pauperibus, nullatenus est dandum malis, & otiosis pauperibus, nolentibus cum possint laborare, quia id esset eorum spirituale ruinam, & vitia alere, cum ex quotidiano otio ad maxima vitia, non sine magno proprio, & alieno etiam reipublicae detrimento prolabantur: Ut enim dicitur Ecclesiastici 33. Multam malitiam docuit otiositas, & ut scripsit Seneca Epist. 86. Otium est sentina omnium malorum, noverca virtutum, & cujusvis hominis sepultura: Unde merito S. Augustinus Epist. 84. scripsit ad Vincentium Donatistam: Melius esurienti panis tollitur si de cibo securus justitiam negligit, quam esurienti panis frangitur, si injustitia seductus acquiescat. Et similibus pauperibus otiosis, qui ex acceptis eleemosynis nutriant vitia, videtur eleemosynam fieri expresse prohibere Divinum Verbum, Ecclesiastici 12. num. 5. ibi: Da bono, & non accipies peccatorem; beneficia humili, & non dederis impio; prohibe panem illi dare; Et sic tenet Communis Doctorum (Vid. verb. Eleemosyna; & verb. etiam Beneficium).

62 Legatum relictum puellis honestis, & civilibus debetur filiae Mercatoris, & Artificis; Sic expresse decrevit Sacra Congreg. Concilii in Romana subsidiorum dotalium Martii 1692. Legatum relictum virginis ad effectum nubendi, debetur etiam si efficiatur Moialis; quia matrimonium spirituale cum carnali pari, infimo digniori passu ambulat; Sac. Congreg. Episcoporum & Regularium in Pisauriensis 26. Augusti 1616. Sit tamen sit factum cum conditione, ut solvatur in manibus mariti pro dote, nec aliis, nec pro alia causa, vel quod decedente sine filiis legatum redet ad haeredes legatæ, tunc non poterit dari pro virgini monachanda, ut respondit Sacra Congr. Concilii in una Baren. 15. Septemb. 1668. Legatum autem relictum pro monachanda non potest applicari pro maritandis, quia favorabilior, & dignior est status coelibatus, & Religiosis, quam conjugii carnalis, Et sic decrevit Sacra Congr. Visitationis particulariter deputata quique Cardinalium distributionum sub Visitatione Eminent. Cardin. Petruccio 16. Januar. 1696. & Sac. Congreg. Concilii in Romana subsidiorum dotalium 30. Maji 1699.

64 Legatum relictum simpliciter pro puellis monachandis, debetur etiam illis, quae monachantur extra patriam testatoris: Sic casu occurrente in una America, & partibus informantibus, respondit S. Congr. Episcoporum & Regularium die 15. Maji 1699. apud Monacell. part. 1. tit. 100. formulæ 9. num. 11. Et sic Legatum relictum uxori quoad viduitatem servaverit, debetur ei si ingrediatur Religionem: Vidal. de leg. inquisit. 2. num. 35. Felix Potestas tom. 1. n. 1164. Monacell. part. 2. tit. 14. formulæ 1. num. 23. & alii passim.

66 Legatum relictum juvenibus dantibus operam studiis legalibus, debetur etiam Clerico, seu laico danti operam sacris canonibus; quia studium sacrorum canonum dicitur studium legale, cum sit medulla legum, & praxis Juris civilis; Menoch. de arbit. Judic. cap. 425. numer. 28. & seq. & sic declaravit Sacra Congregat. Concilii in Romana seu Nicoteren. Legat. 14. Februar. & 30. Maji 1699. Legatum alimentorum praestandum juxta praescriptum testatoris in domo tantum; si legatarius fiat Religiosus, debetur legatum monasterio; Vivian. de Jurispatronat. lib. 6. c. 1. n. 68. Monacell. l. c. n. 20. & alii.

68 Legatum relictum pro dotandis puellis, potest dari etiam virgini illi, quae habeat dorem, sed non sufficientem, ut commode maritari possit; Vidal. loc. cit. n. 27. Felix Potestas loc. cit. num. 257. Monacell. loc. cit. n. 10. qui insuper dicit posse dari, & distribui pro augenda dote etiam maritatis. Legatum relictum prodotandis pauperibus, potest dari etiam pauperi nuptae absque dote; reperitur enim ibi idem motivum testatoris; Mendoc. verb. Legatum num. 20. Felix Potestas loc. cit. n. 2561. & alii. Legatum relictum virginibus, acceptari, & retineri potest à puella occulte corrupta, si in foro externo habeatur pro virgine: nomine enim virginis venit publice, & in foro externo puella reputata virgo; Vidal. loc. cit. num. 28. Felix Potestas loc. cit. num. 2562. Diana in compendio verb. Legatum n. 21. La Croix l. 3. part. 2. n. 604. & l. 4. n. 40. cum aliis ibi citatis.

71 Legatum relictum Orphanis non debetur illis, qui carent patre tantum, quando concurrunt orbatum utroque parente; isti enim sunt preferendi: debetur tamen illis, quando isti non concurrunt; Gratian. discip. 66. n. 3. Velasc. de privileg. pauper. tom. 1. q. 4. n. 9. Diana p. 2. tract. 2. resolut. 52. vers. Quarto Legatum; & part. 4. resolut. 163. Monacell. part. 2. tit. 13. formulæ 7. n. 3. Amostaz de causis pias tom. 1. lib. 4. cap. 6. num. 43. cum variis aliis ibi citatis. Tale legatum potest dari etiam puellis habentibus patres illegitimos, quando non concurrunt propriae orphanæ parentibus orbatæ; Secus vero si iste concurrant; L. Orphanotrophos Cod. de Episcop. & Cleric. ubi Doctores, Menoch. de arbit. casu 66. in addit. n. 7. Castillo lib. 1. contron. cap. 25. n. 17. Amostaz loc. cit. n. 46. cum aliis ibi citatis. Item legatum relictum pauperibus viduis, potest distribui habentibus viros inutiles, quoties non concurrant veræ viduae; Sic supra-

citati Doctores, & alii passim; arg. cap. Inter corporalia 2. de translatione Episcop. ubi Ecclesia viduata censetur, si habeat Praelatum inutilem; & leg. 1. §. Quod si nemo ff. quod cuiusque universis. ubi universitas censetur non habere syndicum, si illum habeat inutilem.

Legatum relictum pro originariis alicujus oppidi debetur solum illis, quæ nata sunt ibi non casu, sed quando pater domicilium ibi habuerit, aut sit locus, ubi pater natus fuerit, aut de Jure communi, ubi avus natus fuerit, & neptis nata in ejus potestate: Non enim sufficit esse peregrinum, aut casu ibidem inventi; ex l. Filios 3. Cod. de municip. & originariis l. 10. qui textus ad originem supponit domicilium esse necessarium, quapropter si casu alibi filius nascatur, ibidem non contrahit, sed sequitur domicilium patris, ubi ipsum habet: Quamvis enim aliqua Jura dicant originem contrahi, ubi quis natus est, non expresse loquuntur ex solâ activitate; idcirco intelligenda sunt, quando quis natus fuerit in domicilio patris, non vero alibi casu, aut quando peregrinus fuerit; Carleval. de iudicis l. 1. n. 1. dist. 2. q. 2. n. 93. Cevallos commun. q. 458. n. 17. Sanchez de Matrimon. l. 3. dist. 23. n. 1. Trullench. l. 7. decalog. c. 18. dub. 7. n. 3. Marchini de Ordin. p. 12. l. 5. c. 7. n. 8. Amostaz l. c. n. 7. & l. 1. Barbosa de offi. & potest. Episcop. part. 2. allegat. 4. n. 7. ubi citat Rotam Romanam decis. 327. n. 3. part. 2. divers. & Doctores in cap. Rodolphus 35. de Rescriptis.

Legatum alicui sub conditione, quod nunquam nubat, & tempore maneat in statu coelibatus, debetur etiam si nubat; quia talis conditio habetur pro non adjecta, cum sit contra favorem matrimonii, & reipublicæ bonum ex procreatione proles proveniens; Sic Communissima Doctorum, textu expresso in leg. Quoties, leg. Cum tale §. Maria ff. de condition. & demonstrat. cum similibus.

Legatum relictum alicui sub conditione, quod tali non nubat, si à matrimonio cum tali non abstinerit, non debetur ei, quia per talem conditionem non prohibetur absolute matrimonio, cum possit eumlibet alii satis commode nubere; Communis, & certæ, textu expresso in leg. Cum ita 63. ff. de condit. & demon. Legatum relictum sub conditione, quod nubat tali, adhuc ei debetur, quamvis ipsi non nubat, si per ipsum non ster, quod ipsi non nubat, vel ex quo talis persona designata nolit ipsi nubere, aut sit inhonesta, aut ipsius nuptiis indigna, aut cum ea contrahi non possit; in tali enim casu similis conditio habebitur pro non adjecta, textu expresso in leg. Cum ita Legatum 63. §. 1. ff. de condition. & demonstrat. (Vid. tit. 4. p. 4.)

Legatum relictum alicui sub conditione, si nuptrit, vel liberos profecerit, est ei dandum, quamvis religionem ingrediatur; Communis arg. Authent. Niri rogari Cod. ad S. C. Trebellian. & Novell. 123. c. Si quis sub conditione 37. ubi sic expresse statuitur; Sansevimus, si personæ totalibus conditionibus subjectæ sive masculi sive femine monasteria ingrediuntur, aut Clerici fiant, tales conditiones invalidas, & pro non scriptis esse? Si enim testatori in mentem venisset de religione cogitare, merito non praesumitur nihilominus legatum ipsi fuisse, adeoque censendus est noluisse excipere à condit. casum, quo legatarius religionem ingrediatur.

Item tale legatum est dandum legatario, quamvis non ingrediatur religionem, sed manens in seculo sacro ordinem suscipiat; Communis arg. cit. Novell. 123. c. 37. ubi in allegato textu loquitur divisive; Si monasteria ingrediuntur, aut Clerici fiant adeoque aperte insinuat alterutrum sufficere, cum dictio divisiva Vel in quovis ex membris verificetur, arg. leg. Deo nobis 15. Cod. de Episcop. & Cleric. Dummodo tamen talis Clericus usque ad mortem perseveret in clericatu, & tale legatum ad causas pias expendat, & relinquat, ut tenent communiter Doctores per textum expressum in cit. Novell. 123. cap. 37. ibi: Hoc autem solatio Clericis ecclesiarum fruatur, si usque ad suam vitam in his perseveraverint, ut res sub tali conditione donatas, aut relictas ad pia opera expendant, & relinquunt; & jure merito id statui de Clericis in seculo remanentibus cum

cum consimiliter ibidem statuerit de ingredientibus Religionem, ibi: *In pertinenti enim, quae in monasterium ingreditur, monasterio res, sub tali conditione donatae, aut relictas cum alia eorum substantia competere volumus, quae Limitanda tamen est conclusio, posita, sub num. 81. & 82. in casu, quo de testatoris contra sua voluntate aperte coarctat, ut si dicatur, uti valide, & licite potest Legatus Titio decem mille aureos, si nuptiarum, vel liberos procreaverit: At si religionem ingrediatur, aut Clericus fiat, lego solum mille aureos, & alio modo, quod taliter datur Sempronio. Tunc enim Titius ingrediendo religionem, aut assumendo clericatum amittit tale legatum novem mille aureorum, quia praesumptio cessat, ubi versatur in claris, ut habet Barbosa in Axiomat. Jur. verb. Praesumptio num. final. Et sic tenent Covarrubias lib. 3. variat. resolutio cap. 1. q. 2. de nupt. usque ad 11. cum pluribus aliis ibi citatis; Molin. disp. 207. n. 14. & 15. Layman. lib. 3. tr. 2. cap. 10. num. 12. Sanchez lib. 7. moral. c. 16. n. 12. Pirhing lib. 2. decret. tit. 26. num. 76. Raiffenstuel ibid. num. 652. & alii passim.*

82. Nec valet obijcere, quod talis conditio sit turpis, & illicita, si eum retrahat a statu perfectiori, qualis est status religionis, & clericatus respectu status laicalis. Non valet, inquam, quia quamvis talis conditio esset turpis, & illicita, si apponeretur ex odio religionis, aut clericatus, vel absque honesta, & justa causa, ex solo fine, ut legatarius a religione, aut clericatu retraheretur; Non est tamen turpis, & illicita, si apponatur, ut supponitur, & de facili fieri potest ob honestum, & justum finem, v. g. ad nobiliorem, & splendidiorem conservationem familiae, seu stemmatis, vel quia nuptiarum, & liberos procreant pro liberorum educatione, & familiae sustentatione majore bona temporalia esse necessaria, quam religio, aut clericus, ipse testator censuit, atque cognovit, & hujusmodi, & recte advertunt Covarrubias in c. 1. de nupt. l. c. 1. Laym. l. c. n. 12. Raiffenst. loc. cit. n. 653.

83. Legatum relictum alicui sub conditione: Si religionem ingrediatur, vel Clericus fiat, non est ei dandum, si non ingrediatur Religionem, aut non fiat Clericus. Communit. arg. cap. Cum sit proprium 2. de condition. apposit. & leg. Titio §. 1. ff. de condi. & demonstr. Licet enim sub spe lucr. temporalis aliquid de Religionem, vel clericatum attrahere, arg. cit. cap. Cum sit proprium 2. Nec valet obijcere, quod sicuti ex dictis num. 81. & 82. conditio, quod nunquam nabit, & semper maneat in statu calidatus, habetur pro non adjecta, & legatum debetur etiam legatario nuptiarum, & non maneat in statu calidatus: ita debet haberi non adjecta conditio: Si religionem ingrediatur, vel Clericus fiat, & legatum debetur etiam legatario non ingrediatur Religionem, nec Clericus fiat; cum conditio: Si Religionem ingrediatur, vel Clericus fiat tacite involvat dictam conditionem, quod nunquam nabit, & semper maneat in statu calidatus. Non valet, inquam, quia ultraquam quod non currit paritas de utraque conditione, cum celeb. Laicus non propagat republicam secularem, nec religiosam, nec clericalem, & celeb. religiosus, aut Clericus saltem propagat republicam religiosam, vel clericalem, in majus Dei obsequium, non est ullimode praesumendum, quod Jur. per annulationem conditionis non nubendi, annullare etiam voluerint conditionem ingrediendi Religionem, vel assumendi clericatum; cum tali statui religioso, seu clericali, ita in omnibus favoreant, ut quantum ad praesens attinet, legatum relictum alicui sub conditione, si nuptiarum, vel liberos procreaverit, statuant esse nihilominus ei dandum, quamvis Religionem ingrediatur, vel Clericus fiat, ex dictis n. 81. & 82. arg. Authent. Nisi rogati Cod. ad S. C. Trebellian. §. Nov. 123. cap. Si qui sub conditione 37.

84. Legatum relictum regulari in particulari sub conditione, quod quamdiu vivit pertinet irrevocabili ad eum independentem a licentia Superioris, non debetur ipsi Religioso, sed Monasterio; & talis conditio habetur pro non adjecta; Ballus in cap. Clerici in fine de Jurisdictione, Jason in Authent. Ingressi n. 37. & 39. Cod. de Sacros. Ecclesiar. Sanchez lib. 7. moral. cap. 17. num. 4.

Fagnan. in Cap. Joannes Clericus 9. de Testament. n. 20. & seq. & in cap. Monachi 2. de statu Monachorum, d. n. 47. & alii passim. arg. cap. Non dicatis 12. quasi. 1. cap. Abbas 1. & quasi. 2. cap. Quia ingredientibus 9. quere. ult. cap. Cum ad Monasterium 6. de statu Monachorum. Concil. Trident. sess. 25. cap. 2. de Regularibus, & decret. Clement. VIII. pro reformatione Reguli incip. Nullus omnino: Et ratio est, quia talis conditio est turpis, & upote repugnans paupertati promissa; turpis autem conditio habetur pro non adjecta, textu expresso in §. Impossibilis Institut. de Heredum Institut. & lego Conditiones 14. ff. de condition. instit. Immo Legatum factum Regulari, nec momento temporis potest esse apud eum, sed illico acquiritur monasterio, arg. cap. Statutum 1. caus. 18. q. 2. c. Abbas 16. caus. 18. q. 2. c. Quia ingredientibus 7. caus. 19. q. 3. c. In presentia 8. de probat. cum similibus; c. Cum ad Monasterium 6. de statu Monachorum ibi: Totum inconveniens resignet; Concil. Trident. cit. sess. 25. de Regularibus c. 2. ibi: Statuta Superiorum tradantur, Conventuique incorporentur. Et sic tenent Abbas in cap. Monachi 2. de statu Monachorum. n. 8. Navarr. in c. Non dicatis 12. q. 1. n. 34. & seq. Fagnan. in cit. c. Joannes 19. de Testament. n. 20. & alii. (In add. supra apposita ubi de conditionibus tractatur, de turpitudine asseritur.)

Et haec clarior, & expressius habentur in cit. decret. Clement. VIII. pro reformat. Regular. incipient. Nullus omnino: ubi §. 3. sic praecise praecipitur: Quae Tridentini Concilii decreta de paupertatis voto custodiendo fideliter observentur, praecipitur, ut nullus ex Fratribus, etiam superior sit, si bona immobilia, vel mobilia, aut pecuniam, proventus, census, elemosynas, sive ex concionibus, sive ex lectionibus, aut pro missis, tam in propria Ecclesia, quam ubicumque celebrandis, aliove ipsorum iusto labore, & causa, & quocumque nomine acquisita, etiam subsidii, & consanguineorum, aut pium largitiones, legata, aut donationes fuerint, tamquam propria, aut etiam nomine conventus possidere possit, sed ea omnia statim Superiori tradantur, & conventui incorporentur, atque cum ceteris illius bonis, redditibus, pecuniis, & proventus, confundantur, quo communis inde victus, & vestitus omnibus suppeditari possit.

Nec Regularis in particulari possunt habere, seu de se retinere legata, praesertim si sunt in bonis stabilibus, neque de licentia quoruncumque suorum Superiorum; cit. decret. Clement. VIII. §. 4. ibi: Neque Superioribus, quicumque illi sint, ullo pacto liceat eidem fratribus, aut eorum alicui bona stabilia etiam ad usum fructum, vel usum, administrationem, aut commendam etiam depositi, aut custodiae nomine concedere. Immo talis licentia etiam esset obtenta ab eorum Generalibus, qui dicerent, eam posse concedere, non excusaret Fratres a culpa, & poena a Tridentino Concilio imposita, textu expresso in cit. Decret. Clement. VIII. §. 7. ibi: Nulla quoruncumque Superiorum dispensatio, nulla licentia, quantum ad bona immobilia, vel mobilia, fratres excusare possit, quominus culpe, & poena ab ejusdem Concilii decretis impositae, & ipso facto incurrendae, obnoxii sint, etiam Superiores asseverent hujusmodi dispensationes, aut licentias concedere posse; quibus in eorum fidei minime adhiberi volumus. Et sic saepe saepius respondit S. Congr. Conc.

Hinc diligenter advertendum est ad id, quod ex declaratione ejusdem Sacrae Congregationis refert Fagnan. in c. Monachi 2. de statu Monachorum. n. 62. ibi: Praeterea in causa Neapolitana propositum fuit. Sacrae Congregationi dubium ut infra conceptum. In aliquibus monasteriis nonnullae Moniales census, & annuos quosdam redditus, & proventus, seu fructus percipiunt sub diversis contrahentium speciebus; nam aliquae in ipsarum persona emerunt certos redditus, aut in ipsarum persona alii monialibus: aliquae ab ipsis monasteriis: aliae vero dederunt pecuniam monasterio, ut ex earum pecuniis fieret emptio nomine monasterii ad rationem septem vel octo, pro centenario, & Abbatissa dabant ipsis Monia-

nalibus illos redditus, quos ex dictis emptionibus exigebant singulis annis; Aliquae monasteriis, seu eorum Superioribus certas pecuniarum summas manualiter pro indigentibus monasteriis dederunt, pacto adjecto, vel etiam rancia conventionem adhibita, ut monasterium, seu Abbatissa certos redditus ad rationem pro centenario earum vita durante concedat. Queritur, an Moniales praedictae in hujusmodi casibus incurrant in poenas per Concilium Tridentinum sess. 25. cap. 2. de Regular. proprietario infictas, etiam si de licentia Abbatissae, & ad Abbatissae nutum, vel conventus, seu monasterii nomine percipiant; Sacra Congregatio censuit, in nullo praedictorum casuum licere monialibus dictos fructus, seu redditus percipere, & si perciperint incidere in poenas dict. c. 2. sess. 25. de Regul. Neque ab hujusmodi poenis excusari ab licentia Abbatissae, quae eam dicit Concilii decreto in praedictis casibus concedere quidem prohibetur, sed debet ex suo munere ex monasterii redditibus, vel elemosinis Monialium necessitatibus in dies subvenire. Ex quibus declarationibus apparet, non esse amplius locum opinioni Joan. Andr. in Regul. Non est obligatorium, Calder. consil. 2. de Regul. & Abbat. cons. 88. par. 1. existimantium licere professo de licentia Superioris Praelati accipere aliquam annualem provisionem a conventu, vel a Provincia, puta scutorum decem, ut exemplificat Joan. Andr. vel quinquaginta, ut inquit Calder. & Abb. persolvendam pro vestibus, & aliis personalibus necessitatibus.

Insuper attente notandum est, quod ipsemet Fagnanus pleno jure undequaque instructus l. cit. sub n. 75. & 79. concludit. ibi: Concludendum est igitur, nemini potius Regularium tam virorum, quam mulierum ususcumque qualitates, & conditiones existat, nisi sit Officialis, fas esse etiam nomine conventus habere annuos redditus, seu provisiones annuas, vel bonorum stabilitum administrationem, aut pecuniam, etiam illud non sit superfluum, sed ad necessarios, honestos, & pios usus, ad superiore ex quacumque causa concessum, & dependenter ab ejus voluntate, & nutu, nec quemquam excusari a lethali culpa, & poena proprietarii inficta ex quavis consuetudine monasterii, vel religionis, aut ex varietate, seu probabilitate opinionum, aut alio quovis praetextu, vel causa. Et Religiosis tam Praelatis, quam subditis cavendum esse ab hujusmodi palliamentis, quia Deus non irridetur, ad Galat. c. 6. c. Erubescat dist. 32. c. Humanam 22. q. 6. c. Tua nos, de simon. c. c. In civitate, & de usur. Et eo magis, quia Sacra Congreg. consulta, an liceat Regularibus interpretari decretum cap. 5. sess. 25. de Regul. respondit: Non licere. Ad dubium, ut supra conceptum n. 1. Sacra Congreg. respondit, Negativo, videlicet in nullo ex praescriptis casibus licere Regularibus utriusque sexus habere praedictos annuos redditus, seu provisiones annuas, vel bonorum stabilitum administrationem, seu pecuniam non superfluum nomine conventus, ac de suorum Superiorum licentia, & dependenter ab eorum voluntate, ac nutu; alioquin non esse immunes a culpa, & poena, de qua in c. 2. sess. 25. de Regul.

Legatum relictum monasterio, seu conventui bonorum incapaci, pro Sacristia, Valetudinario, vel Ecclesiae pro cera, & oleo, non dicitur irritum, sed debet per Syndicum investiri pro adimplenda testatoris voluntate, ut decrevit Sacra Congreg. Episcoporum. & Regular. in Foresempronien. 21. Aug. 1693. Immo si gravetur haeres, illud subministrare tenetur; Sacra Congreg. Concilii in Faventina 2. Martii 1697. apud Monacell. p. 2. tit. 4. Formul. n. 1. 17.

Unde Legatum relictum minoribus de Observantia, Reformatis, & Cappuccinis pro anniversariis, oleo, lampadibus, parametis, hostiis, sacristia, ecclesia, fabrica, luminaribus, sindonibus, linreis, tunicis, bibliotheca, impressione librorum, pane, vino, pitantia, seu pro vinctu, vestitu, & aliis necessariis, est ipsis tradendum, seu solvendum ab haeredibus; ut ad dictis plurimis decretis, & decisionibus ad longum probat, & demonstrat Petrus Marcellinus de Luccia J. U. D. & in S. Theologia Professor, ac in Romana Curia causarum Patronus in sua dissertatione unica, in

qua agitur de obligatione indispensabili haeredum satisfaciendi legata quocumque relicta supra dictis Fratribus Minoribus ad formam Decreti R. Fabricae 14. Februarii 1663. auctoritate apostolica confirmati, quod ut ab omnibus in promptu semper habeatur, hic ad lectram datur cum aliis decretis, & declarationibus circa id expositis emanatis.

Adducitur igitur decretum Rev. Fabricae, & juxta illius dispositionem ponitur in claris, praedictis Minoribus Mendicantes S. P. Francisci esse capaces Legatorum juxta modum in eodem decreto praescriptum.

Decretum Sacrae Congregationis Fabricae Principis Apostolorum de Urbe super legatis Minoribus de Observantia S. Francisci.

Cum saepius fuerit habitus recursus ad Sacrae Congreg. Ven. Fabricae S. Petri super annuis legatis factis, seu faciendis ad favorem fratrum S. Francisci Minorum de Observantia, cum onere missarum, seu officiorum, sive gratis, sive alio modo.

Pratendentes Vener. Fabrica Sancti Petri ad illam spectare propter dd. fratrum incapacitatem hujusmodi Legata.

Dictis autem fratribus allegantibus posse annua legata hujusmodi recipere tuta conscientia, quatenus haeres ex sua libera voluntate voluerit illa dare in elemosynam, & committere fratribus dd. missas, & officia, juxta sententiam S. Bonaventurae, & decreta S. Congreg. a S. D. N. fratribus minorum de Observantia S. Francisci Cismontanae familiae consultationibus praeposita sub die 4. Junii 1628. publicata.

Eadem Sacra Congreg. pro opportuna praerogativa provisione facta prius relatione S. D. N. Urbano Papae VIII. ac de illius expresso ordine, & mandato, decrevit in futurum super hujusmodi legatis observari, ut infra.

Quod hujusmodi legata per debitores, vel haeredes non extinguantur, vel reducantur per compositionem cum Ministris Fabricae faciendam, vel alio quovis modo; sed illorum capitale, sive sors principalis, vel proprietatis absque alia diminutione conservetur semper, & perpetuo ad effectum, ut in usus Romano Pontifici pro tempore existenti bene visos possit applicari ita tamen, ut quamdiu applicationem specialem auctoritate apostolica fieri non contingit, haeres, vel debitores possint libere, si velint, dictis fratribus dare dicta annua legata per eosdem fratres recipienda in elemosynam, non autem per eos exigenda. Et quod quavis extinctio, seu diminutio capitalis, seu proprietatis aliter absque specialia Romani Pontificis permissione facta, eo ipso nulla sit, nec debitoribus, aut aliis quibuscumque suffragetur.

Quodve Commissarii, aliique Ministri Ven. fabricae super hujusmodi capitale, seu proprietate praedicta se de cetero non intromittant, nec dictos haeredes, seu debitores aliquo modo molestant, nisi ad effectum reinvestiendi in casu reinvestimenti, seu providendi, ut conservetur, ut supra, aut aliis in executionem applicationis auctoritate apostolica facti de facien.

Et quod notentibus dd. haeredibus, vel debitoribus dare praedictis Fratribus dd. elemosynas, seu annuas praestationes, sive legata ut supra solvere, vel illas, seu illa non solventibus, tunc & eo casu lapsis duobus annis a die obitus testatorum, si fuerit maturatum legatum, vel a die maturatae illius solutionis eadem fabrica, & illius Commissarii, & Ministri videtur totum, quod solum non fuerit pro praeterito, pro praeterea tamen, in qua fuerit ut supra elapsum biennium, vel ultra, possit & valeat annuas praestationes hujusmodi exigere, exigique facere ad sui beneficium juxta usus facultates, & privilegia, salvo semper capitali, seu proprietate, ut supra ad effectum, quod haeredes, vel debitores (dummodo de eis per Romanum Pontificem pro tempore existentem aliter non fuerit dispositum, nec praedicta legata in alios usus ejus auctoritate applicata fuerint, vel applicari contigerit) possint

si velint, quodcumque futuris temporibus, & sic deinceps in perpetuum dare dictis fratribus dicta annua legata in elemosynam, ut supra, nec fabrica eorum heredes, vel debitores molestare possit, & valeat toties, & quoties casus contigerit, nisi pro preterito, & tunc in illis terminis tantum, post quorum maturacionem fuerit elapsus biennium, vel ultra, ut supra, salva semper exemptione beneficiorum, & reddituum, ac iurium eisdem beneficiis, seu aliis usibus piis auctoritate apostolica facta, vel impostorum quodcumque, & quodcumque faciendae, & executione literarum apostolicarum desuper expeditarum, seu expediendarum, ita ut praefata decreta ad illas nequaquam extendantur, sed illae semper firmae, & illaesa remaneant, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri debeant, ita quod neque fabrica, neque heredes, vel debitores praefati ullo modo illas impedire, retractare, vel contravertere valeant, & salvis semper Sedis Apostolicae auctoritate, ac facultatibus competent. dictae Sacrae Congreg. Ven. Fabricae. Prohibuit tamen eadem Sacra Congreg. fratres supradictis sub poena excommunicationis ipso facto incurrendae, ne audeant seu praesumant, nec quilibet eorum audeat, seu praesumat, per se, nec per alios Syndicos, Ministros, seu Procuratores, tam Seculares, quam Regulares, dictas annuas praestaciones, seu legata, nec judicialiter, tam coram quocumque Iudice ecclesiastico, quam seculari, Ordinario, vel Delegato, nec aliis, nisi juxta formam dicti decreti Congregationis fratrum minorum de Observantia S. Francisci Cismontanae familiae a Sanctissimo D. N. deputatae ab haeredibus, seu quibusvis aliis eorum debitoribus petere, minusve dd. haeredibus, seu debitoribus facere aliquas receptiones pro dd. annuis praestationibus, nisi pro rata, & pecunia, seu elemosynis supradictis cum effectu, ac vere, & realiter eisdem fratribus data, vel soluta, seu datis, vel solutis, nec sub alia data, nisi sub ea, qua vere fuit iisdem fratribus, aut aliis pro eis facta realis satisfactio, & insuper, ne promissos Apostolicos pro tempore de beneficiis, quibus legata supradicta fuerint applicata, vel eorum Procuratores, & ministros super exactioe dd. legatorum directe, vel indirecte impedire, vel molestare quovis quavis colore, vel pretextu audeant, vel praesumant. In quorum fidem, &c.

Datum Romae ex Collegio ejusdem Sacrae Congregationis die 14. Februarii 1633. = Domin. Card. = Loco Sigilli.

95 Verba Congregationis particularis ab Urbano VIII. fratrum Minorum de Observantia Cismontanae familiae consultationibus praeposita in decisionibus praecedentibus allegata.

Sacra Congregatio &c.

"Sed quia in casibus solet aliquando evenire, quod annuus redditus ob temporis antiquitatem non competatur habere alicuius patronum, cui fieri debeat talis, ut supra, protestatio, decernimus, quod in tali casu servetur statutum Ordinis Minorum sub Paulo II. (Julio II.) super cap. 6. Regulae §. Inhibemus, quod nimirum hujusmodi redditus resignentur Rectoribus spiritualibus, aut temporalibus collegiorum, aut communitatum, terrarum, aut civitatum, qui tales elemosynas, sive fructus, vel redditus annuos nomine Ecclesiae Romanae, vel donantium sine fratribus exigant, & recipient, & a fratribus, sive aliis Sacerdotibus, quando fratres noverint, tales missas, vel suffragia, juxta piam intentionem beneficiorum, in toto, vel in parte, secundum quantitatem talium observationum, dici faciant.

96 Decretum Sacrae Congreg. Fabricae S. Petri circa legata relicta Minoribus de Observantia in locis in quibus Venerab. fabrica locum habet, promulgatum sub die 14. Febr. 1633.

"Cum saepius &c. eadem S. Congreg. censuit pro opportuna praedictorum provisione facta prius rela-

tionem Sanctissimo Domino Nostro Papae Urbano VIII. ac de illius expresso ordine, & mandato decrevit in futurum super hujusmodi legatis observari, ut infra. Quod hujusmodi legata per debitores, vel heredes non extinguantur, vel reducantur per compositionem cum Ministris fabricae faciendam, vel alio quovis modo, sed illorum capitale, sive sors principalis, vel proprietates absque aliqua diminutione conservetur, semper, & perpetuo ad effectum, ut in usus Romano Pontifici pro tempore existenti beneficis possint applicari. Ita tamen, ut quoad applicationem specialem auctoritate apostolica fieri non contigerit, haeredes vel debitores possint libere, si velint, dictis fratribus dare annua legata per eosdem fratres recipienda in elemosynam, non autem per eos exigenda.

98 Quodque Commissarii, alique Ministri Venerab. fabricae super hujusmodi capitale, seu proprietate supradicta, se de cetero non intromittant, nec dictos haeredes, seu debitores aliquo modo molestant &c. Et quod nolentibus dd. haeredibus, vel debitoribus dare supradictis fratribus dictas elemosynas, seu annuas praestaciones, sive legata ut supra solvere, vel illas, seu illa non solvenibus, tunc & eo casu lapsis duobus annis a die obitus testatorum, si fuerint maturatum legatum, vel a die maturatae solutionis, eadem fabrica, & illius Commissarii, & Ministri id totum, quod solum non fuerit pro preterito, pro rata tamen in qua fuerit, ut supra, elapsum biennium, vel ultra possit, & valeat annuas praestaciones hujusmodi exigere, exigique facere ad sui beneficium juxta suas facultates, & privilegia, salva semper proprietate, seu capitali, ut supra, ad effectum, quod haeredes, vel debitores &c. possint, si velint, etiam quodcumque futuris temporibus, & sic deinceps in perpetuum dare dd. Fratribus dicta annua legata in elemosynam &c. Et inferius praestatur decretum Congreg. particularis sub Urbano VIII.

superius relatum sequentibus verbis: Prohibuit tamen eadem S. Congregatio fratribus supradictis sub poena excommunicationis ipso facto incurrendae, ne audeant, seu praesumant, nec quilibet eorum audeat, vel praesumat per se, vel per alios Syndicos, Ministros, seu Procuratores, tam Seculares, quam Regulares dd. annuas praestaciones, seu legata, nec judicialiter tam coram quocumque Iudice Ecclesiastico, quam seculari Ordinario, vel delegato, nec aliis nisi juxta formam dicti decreti Congreg. fratrum Minorum de Observantia S. Francisci Cismontanae familiae a Sanctissimo D. N. deputatae, ab haeredibus, seu debitoribus petere, minusve dd. haeredibus, seu debitoribus facere aliquas receptiones pro dd. annuis praestationibus, nisi pro rata, & pecunia, seu elemosynis supradictis cum effectu, ac vere, & realiter eisdem fratribus data, vel soluta, seu datis, vel solutis, nec sub alia data, nisi sub ea, qua vere fuerit iisdem fratribus, aut aliis pro eis facta realis satisfactio."

DECRETUM

Ejusdem Sacrae Congregat. fabricae ad providendum indemnitati fratrum in annuis legatis, & occurrendum haereditum, vel executorum malitiae, editum die 19. Decembris 1646.

"Sacra Congregatio Generalis Rev. fabricae S. Petri de Urbe ad consulendum non minus indemnitati fratrum Ordinis Minorum de Observantia S. Francisci, quam providendum malitiae haereditum, & aliorum quomodolibet obligatorum, qui differunt ultra biennium illis solvere annua legata pia cum oneribus missarum, seu officiorum, vel etiam gratis dictis fratribus, seu eorum ecclesiae relicta, an in futurum relinquenda, sub spe postea super illis pro minori summa se componendi cum Commissariis, & aliis Rev. Fabricae Ministris, & Officialibus prohibuit, & expresse mandavit Commissariis, & Officialibus, Secretariis, & aliis quibuscumque Officialibus, & Ministris Re-

97 Rev. fabricae praesentibus, & futuris, & tam Urbis, & status ecclesiastici, quam regni Neapolis, & aliorum quorumcumque locorum sub poenis arbitrio ejusdem Sacrae Congreg., ne de cetero cum haeredibus, vel aliis quomodolibet obligatis ad solutionem dictorum legatorum ad aliquam compositionem, remissionem, vel transactionem deveniant, sed ab illis omnes annuitates supra biennium decursas, & non solutas integraliter exigant, & exigere faciant in beneficium dictae Rev. fabricae sine relaxatione alicujus minimae portio- nis, seu quantitatis, reservato in reliquis tenore decreti in hac materia ab eadem Sacra Congregatione editi sub die 14. Februarii 1633. & compositiones &c. ne ipso nullas, & irritas esse decrevit, mandans."

98 Et capacitatem fratrum Minorum obtinendi annua & perpetua legata per modum simplicis elemosynae expresse comprobatur Brev. Urbani VIII. incipien. Exponi nobis: emanat. 27. Julii 1637. favore Minorum de Observantia, ubi expresse approbatur, & auctoritate apostolica confirmatur declaratio facta a Patre Didaco de Cea in Romana Curia pro Ultramontana Familia Commissario Generali in hac verba in tali brevi inserta §. Insuper, ibi: "Insuper ad serenandas fratrum conscientias &c. Declaramus &c. Dictos conventus, fratresque Minores respective licite, valide, tuta, & salva conscientia tenere posse annua, & perpetua legata, vel certos alios redditus, aut proventus annuos, & perpetuos praefate puritati nostrae regule consentaneos per modum elemosynae &c." in quo Brevis multa alia ad rem continentur, unde ut ab omnibus praecisus habeatur, hic ad literam datur, prout registratur a Pitonio *discept. 2. num. 62. & a dicto de Luccia loc. cit. pag. 146. num. 387.*

Breve S. M. Urbani VIII. editum post decreta praedicta, quae ad tenorem ejusdem brevis posterius editi intelligenda veniunt.

URBANUS VIII.

Ad futuram rei memoriam.

99 Exponi Nobis fecit dilectus Elias Periot Doctor Theologus Parisiensis fratrum Ordinis Minorum S. Francisci Regularis Observantiae Turonici Minister Provincialis cum omnibus Superioribus, & subditis ejusdem provinciae, quod ipsi a dilecto etiam filio Didaco de Cea Ordinis eorumdem Minorum lectore Jubilato Alimae Angolorum provinciae, & Ordinis Patre, ac in Romana Curia pro Ultramontana familia Commissario Generali, & de mandato & auctoritate dilecti filii nostri Francisci S. Laurentii in Damaso Diaconi Cardinalis Barberini nuncupati S. R. E. Vicecancellarii, nostri secundum carnem ex fratre germano nepotis, dilecti Ordinis apud nos, & Sedem Apostolicam Protectoris, in praefata provinciae specialem Commissarium, pro alienandis bonis immobilibus, si quae fuerint extra conventum dictae provinciae septa, ac aliis sub certis modis, ac forma, ibi expressis constitutus, & deputatus fuit, prout in dicti Didaci Commissarii Generalis hujusmodi desuper confectis patentibus literis tenoris subsequentis, videlicet.

"Frater Didaco de Cea Ord. Min. Regularis Observantiae Lector Jubilatus Alimae Angolorum provinciae & Ordinis Pater, ac in Romana Curia pro universa familia Ultramontana Commissarius Generalis & servus dilecti Nobis in Christo R. P. F. Eliae Perioti ejusdem Ordinis, & Instituti, provinciae vero Turonici Provinciali Ministro, ac Doctori Theologo Parisiensi salutem & pacem in Domino sempiternam. Cum Eminentissimo D. Cardin. Francisco Barberino S. R. E. Vicecancellario, nec non totius nostrae Seraphicae Religionis vigilantissimo Protectori, Corruptori, & Gubernatori, exponi feceris una cum omnibus, & singulis ejusdem provinciae Superioribus, & subditis, quod dicta provincia, quondam Conventuum zelo suae professionis ducta, & devotis accensis desideris olim quidem regule suae observantiam am-

plexa fuerit, & formam vivendi, & disciplinae Patrum Observantiae acceptaverit, nuper vero a S. D. N. Urbano VIII. in literis suis apostolicis sub datis hic Romae 18. Junii praesentis anni declarata fuerit, de novo incorporata regulari observantiae cum omnibus privilegiis, iuribus, exemptionibus, quibus dicta provincia, cum provinciis Franciae S. Bonaventurae, & Conventus Parisiensis ab antiquo gaudere consueverunt.

"Propterea ad facilius dictae provinciae, & fratrum conscientias serenandas, & sanctae regulae nostrae Seraphicae nitorem, & observantiam restituendam supplicaveris, quatenus concedamus tibi licentiam, ut cum consilio Syndicorum conventuum respective sessiones, prata, & alia immobilia (si quae fuerint extra conventuum septa) sic vel alienes, vel disponas, prout melius regimen dictae provinciae, & conventuum utilitas postulaverint, quia autem dicta alienatio, & dispositio non potest executioni mandari, absque singulari ejusdem Eminentissimi Protectoris mandato, & modo ab illo assignando, quod debite, & congrue omnia si quae intervenireint, impedimenta tollantur, & quatenus dicta hujusmodi alienatio, vel dispositio suum tandem integritatem, & plenarium sortiatur effectum; Hinc est, quod auctoritate ejusdem Eminentissimi Protectoris nobis in hac parte specialiter commissa, praesentium tenore, & vigore, te, qui de religionis zelo, morum integritate, & prudentia claritate plurimum in Domino commendaris, ejusdem dictae tuae provinciae specialem Commissarium nominamus, & instituis omni meliori modo quo possimus, & opus fuerit, etiam cum plenitudine potestatis agendi, sollicitandi, & procurandi per te, vel per alium, seu alios dictae provinciae benemeritos Patres, ut te deputandum, vel deputandos, ad cuius, vel quorum nominationem, & ad facultatem eligendi, specialem licentiam, & auctoritatem concedimus quatenus dictae possessiones, prata, & alia immobilia, si quae fuerint extra conventuum septa, intra unum annum, vel ad summum duos ab habita praesentium noticia computandum, sic vel alienentur, vel disponantur, ut dictae provinciae felicis regimen, & religionis decor postularint.

"Et propterea eadem auctoritate Eminentissimi Protectoris & earundem serie nostrarum praedictos Syndicos conventuum respective tamquam generales per sanctiones pontificias Procuratores, & Economos Apostolicos, hortamur in Domino, & quantum in nobis vest, injungimus, & mandamus, quatenus dictam alienationem, seu dispositionem, consilio, & auxilio suo promoveant, ut scilicet fiat secundum requisitas iuris solemnitates, & debitum Seraphicae nostrae institutionis modum, scilicet dictorum bonorum dominium, possessionem, & proprietatem in perpetuum abdicando, & ad quos de consilio fratrum ejusque conventus melius secundum Deum, & fructuosius secundum licitam utilitatem conventuum videbitur expedire, transmittendo, & alienando.

"Insuper ad serenandas Fratrum conscientias eandem auctoritate Eminentissimi facultatem tibi concedimus, quatenus fratribus, & conventibus dictae provinciae vice nostra declares: immo nos nomine, & auctoritate dicti Eminentissimi Protectoris declaramus, dictos conventus, fratresque Minores respective licite, & valide, tuta, & salva conscientia tenere posse annua, & perpetua legata, vel certos aliquos redditus aut proventus annuos, & perpetuos praefate puritati nostrae regule consentaneos per modum elemosynae, aut (juxta primam, & praecipuam S. Patris Francisci vivendi rationem ejus consilio, & exemplo firmatam & roboratam) pretii, seu mercedis vice pro spirituali dictorum fratrum nostrorum labore recipiendo, nempe pro missarum solemnium, privatarumque sacrificiis, aliisque divinorum officiorum oneribus secundum pias Benefactorum, seu vivorum, aut defunctorum intentiones institutis, sive pro fabricis, & reparacionibus ecclesiarum nostrarum, sive pro studiis sacrae theologiae, & bonarum disciplinarum, necnon aliis conven-